

232

quae magna in eis erit. non solum sua praeterita: sed etiam damnatorum eos sempiterna miseria non latebit. Alioquin si se fuisse miseros nesciuntur sunt. quomodo sicut ait psalmus. misericordiam domini in aeternum cantabunt. **LXVIII.**

**Dediversitate meritorum & praemiorum inquam nullus nulli sit inuisurus.**

**G**radus honorum atque gloriarum qui in illa uita futuri sunt. ut ait sanctus Augustinus.

Quis est idoneus cogitare. quanto magis dicere. Quod tamen futuri sint. non est ambigendum. Atque id etiam beata illa ciuitas. magnum in se bonum uidebit. quod nulli superiori ullus inferior inuidebit. sicut nunc non uident archangelis angeli ceteri. tamquam nolit unus quisque. quod non accepit. quamuis paucissimo